



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Epistola CXLIII. Ioannis Papae VIII. Ad Omnes Fideles. Praecipit ne quispiam monasterio sancti Augentii quidquam detrimenti afferat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

EPISTOLA CXLIII.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD OMNES FIDELES.

Præcipit ne quispiam monasterio sancti Augentii
quidquam detrimenti afferat.

Omnibus fidelibus ecclesiæ.

SO LICITUDINEM omnium ecclesiarum nos habere oportet, & singulorum causas æquitatis iudicio alleuare; quapropter, cum de omnibus agere hæc eadem conuenit, præcipimus atque præsenti decreto sancimus, vt de abbatia sancti Augentii, quam diuæ memoriae Carolus imperator fideli suo, & filio ecclesiæ nostræ ante iure beneficiario tribuit, nullus de ipsis rebus aliquid iniuste auferre præsumat: nec prædicto episcopo, & monachis ipsius loci aliquam in distrahendo illicite inferre molestiam. Quod si quis abhinc agere præsumperit, separetur a communione fidelium ecclesiæ: quod si pertinaciter perstiterit, & emendare noluerit, iudicio sancti Spiritus anathematis vinculo feriatur. Data vt supra.

EPISTOLA CXLIV.

IOANNIS PAPÆ VIII.

AD EPISCOPOS IN REGNO LVDOVICI
CONSTITVTOS.

Rescritbit de indulgentia eorum qui contra Paganos
pugnantes occubuerant.

*Omnibus reverendissimis & sanctissimis venerabilibus coepiscopis
per totum regnum carissimi filii mei Hludouici.*

QVIA veneranda fraternitas vestra modesta interroga-
tione sciscitans quæsiuit, vtrum hi, qui pro defensio-
ne sanctæ Dei ecclesiæ, & pro statu Christianæ religionis
ac reipublicæ in bello nuper ceciderunt, aut de reliquo pro-
ea re casuri sunt, indulgentiam possint consequi delicto-
rum, audenter Christi Dei nostri pietate respondemus,
quoniam illi, qui cum pietate Christianæ religionis in belli
certamine cadunt, requies eos æternæ vitæ suscipiet, contra